

Prophetar. c. 20. p. 252. inquit: *Pænitentia Dei non est post errorem; ira Dei non habet perturbati animi ardorem; misericordia Dei non habet compatientis miserum cor; unde in latina lingua nomen accepit: Zelus Dei non habet mentis livorem: sed pænitentia Dei dicitur rerum in ejus potestate constitutarum, hominibus inopinata mutatio.* Hæc ille. Valeat igitur hic regula Athanasii Tom. 2. dial. 1. de Trinit. p. 143. *τοῦτα αὐθεωπονθῶς οὐδὲ λέγονται, θεοπρεπῶς δὲ νοῦνται. Nam οὐκ εἴτε οὐδὲ αὐθεωπότερος ὁ Θεός, οὐδὲ καὶ αὐθεωπίστι περὶ αὐτῶν τις ἐρωτᾶν τολμήσῃ,* idem Tom. 1. p. 357. Hoc primum:

13. 2. Argumentum sumo ab inductione axiomatum divinorum, quae testantur, Deum suaculpavitioque (quod nullum omnino est) non irritare ullum suum fædus & pactum. Videantur Levit. 26. v. 44. 45. Judic. 2. v. 1. Psal. 89. v. 35. Nec est, ut quis objiciat, Esa. 33. v. 8, & Jer. 14. v. 21. Ibi enim Deus non perhibetur *sua ipsius vitio suum pactum facere irritum, sed populo videtur id irritatum.* Quare is Deum rogat, ne ob peccata sua velit illud labefactare.

14. Nec locus Zachar. II. v. 10. nobis contrarius est. Ibi enim Deus dicitur suam virgam confregisse, i. e. suam doctrinam ejusque pi- os doctores. (Sic & Esa. II. v. 4. *virga oris Messiae* notat ejus verbum) a po- pulo suo malitioso semovisse (confer Amos 8. v. II. & Act. 13. v. 46.) ut irritum facheret fædus suum, quod percusserit cum omnibus populis. Vide Gen. 12. v. 3. & Gal. 3. v. 8. Deo itaque *non ipsius culpa, sed homi- num nequissimorum vitio, tribuitur sui fœderis irritatio & abolitio:* Deo, inquam, *non peccanti* (est enim prorsus *ἀναμάρτητος*, Psalm. 5. v. 57. Zach. 8. v. 17. & Jobi 34. v. 10.) sed hominum flagitia juste vindicanti illa adscribitur. Unde *punitio divina* dicitur Dei *תִּנְנַת*, irritatio & abruptio, Num. 14. v. 34. ubi Deus ad Israëlitas ait: *Feretis pœnam iniuriam vestrarum quadraginta annos, ut cognoscatis abruptiō meam, hoc est, ut experiamini, me vestris sceleribus irritatum seu con- citatum, a fœdere vobiscum initio, vestraque malitia abruptum, vobis justas pœnas irrogare.* Unde 70. Interpretes id sic verterunt, ut intel- ligatis *Τυμὸν τῆς ἡρεύης με.* Quamvis & *תִּנְנַת* reddi posit, ju- dice Junio & Piscatore; per abruptiō amē. Ut sensus sit: *Ut co- gnoscatis, quantum malum sit, cum homo se per scelera, nequiter patra- ta, a me abrumpit.* Si quis enim *τυραννεῖται*, se subduxerit (pec- cando atrociter, Esa. 59. v. 2. & Jer. 5. v. 25.) is non probatur animæ Dei, Heb. 10. v. 38.